



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 45. Hoc diploma a pluribus reprehensum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. id postulent, & fateantur Ecclesiam non er-
A.C. 1548 rare, dum calicem negat laicis; & dum-
 modo separatim communicent alio tempore,
 & loco, quam vulgo sub una specie com-
 municatur. **III.** Vobis etiam facimus po-
 testatem Beneficia Ecclesiastica Academii,
 & Scholis, & locis hospitalibus uniendi, &
 bonorum Ecclesiasticorum occupatores post
 bonorum solam restitutionem absolvendi, de
 fructibus perceptis, & mobilibus consum-
 ptis cum possessoribus transigendi, sada
 demum potestate facultates has viris aliis per
 Germaniam illustribus delegandi, & com-
 municandi.

§. XLV.

Hoc diploma a pluribus reprehensum.

Scriptores, qui hoc diploma referunt,
 memorant, quod plures illud simile
 fuerint interpretati, ac præprimis
 insimularunt vanitatis, atque arrogan-
 tiæ, eoquod Papa velit Reges, & Prin-
 cipes honori famæ, ac dignitati resti-
 tuere: insuper repugnantiam quoque
 continere putabant, absolvere respi-
 scentes a juramentis illicitis; si enim,
 inquietabant illi, ea sunt illicita, absolu-
 tione haud opus habent, nec minus
 etiam illud cum semetipso pugnare cre-
 debant, quod concederetur calicis usus
 duntaxat his, qui hunc usum laicis de-
 negan-

negandi jus Ecclesiæ competere cre- Sæcul XVI.
dunt (*). Plures adhuc alii articuli A.C. 1548
hujus diplomatis impugnati fuere.

Interea ambo Sedis Apostolicæ Nuntii Lippomanus, & Pighinus, exeunte Mense Septembri ad Cæsarem profecti, post decimam septimam nominationis suæ diem Bononiam pervenerunt, prout literæ eis traditæ testantur. Hos jam præcesserat Fanensis Episcopus, qui Cæsar's postulata exequi, haud adeo expeditum censebat; quippe Galliarum Rex Synodum interrumpi noluit, prout Bononienses Patres fieri suferant; credebat enim Gallus, quod Carolus Imperator hanc Synodum, quamdiu subsisteret, spectare cogeretur velut nubem quamdam, ex qua sibi procellam formidaret: quinimo Henricus II. Franciæ Rex jam Regni sui Episco-

Ss 2 pos,

(*) Hasce pluresque ejusmodi cavillationes solus meledicus Paulus Sarpius adinvenit, audacter tamen Continuator noster affirmat, quod Scriptores alii hoc diploma exagitarint, minus vero Continuatori indulgendum videtur, quod hæc commenta suæ Historiæ inserere non erubuerit, cum tamen ea a Pallavicino validis omnino argumentis confutata ignorare haud potuerit. Vide citatum Pallavicinum in Historia Concilii Tridentini tom. 2. lib. 11. cap. 2. n. 8. & seq.

Sæcul. XVI pos, ut de emendanda disciplina deli-
A C 1548. berarent, Romam decernere promis-
rat, atque apud Pontificis Nuntium

questus erat, quod Synodus in Cæsaris
gratiam otiani permitteretur. Ast Re-
gi Nuntius reposuit: Synodus potius
otiatum in gratiam pacis & communis
concordiæ, quæ in ipsius etiam Regis
commodum redundabit: cum vero Rex
hoc responso necdum plene contentus
videretur, Papa novis angebatur curis;
hujus enim Principis favorem sibi cer-
tum reddere, Pontificis plurimum in-
tererat.

Porro summus Pontifex, ut Par-
mam in tanto rerum tumultu sibi fartam
servaret, illiusque beneficiarium jus ab
Octavio Farnesio Nepote suo in Horati-
um Farnesium Castrensem Duce-
transferret, cum Guisio Cardinale jam
eo rem perduxerat, ut ipse postulatam
pecuniam Lugduni deponeret, abole-
retque abusus jurisdictioni Ecclesiasti-
cæ aduersos in Provincia, in minori
Britannia, in Delphinatu, in Sabaudia,
& Pedemontana ditione.

Id autem nolebat re ipsa præstare,
nisi prius Galliarum Rex petitam pecu-
niæ summam Romæ deposuisset, ac fœ-
dus cum Helvetiis adeo firmiter iniisset,
ut haud ultra ipsi periculum a Cæsaris
exercitu impendere posset.

§. XLVI.